

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Philologica S^vper Apocalyps. c. XXII Comm. XIIIX Et XIX De Addendi Detrahendiqve VI A Verbis Apocalypticis Prohibenda

Kirchmaier, Georg Wilhelm

VVittebergae Saxon, [1730?]

VD18 14889595

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



Q. B. V

I

Iam abstrusa, tantisque tenebris, magnam partem, oppleta, est apocalypsis, ut alia apocalypsi indigere videatur. Immo, ab huius libelli intelligentia, aut illustratione, mentem manusque abstine-re, prudentis esse, censem. Io. Bodino ualde probatur Caluini non minus ur-bana, quam prudens, oratio, qui, de libro apocalypses, senten-tiam rogatus, ingenuae respondit, se penitus ignorare, quid uelit tam obscurus scriptor, qui, qualisque, fuerit, nondum constat inter eru-ditos. uid. method. facil. ad histor. cognition. p. 298. Quae Bodini uerba mentem profanam prodere, existimat celeb. D. Io. Franc. Buddeus, in i sagoge ad theol. lib. I, c. iv, p. 176. Iosepho Iusto Scaligero quoque uidetur, in Scaligerian. secundis, pag. 15, *Caluinus sapere, quod in apocalypsin non scripsi*, cum tamen ipse ille, ibid. p. 26, glorietur, se nihil ignorare eorum, quae in apocalypsi continentur. Pertinere autem hoc ad dominioꝝ dñs, i. e. uanae, ex persuasione, sapientiae, argumenta, latius in eodem fusa, iudicat Christianus Pfuznerus, disputat de in-scriptione apocalypsis Iohanneae, p. 30. Caluini tamen ac Sca-

ligeri uerba mitius interpretatur magnum illud Belgii lumen, Campegius Vitrina, praefat. ἀνακριτος apocalypsi. Verum enim uero fac, Caluini et Scaligeri hanc, atque illam, fuisse sententiam, quid inde, quoniam uirorum, quamuis doctorum, nomina hic nihil quicquam stabilunt. Et si quae-dam, uniuersas enim atque singulas libelli nostri apocalyptic particulas esse δυσνοήτους, uel Christiani νόητοι refu-sant, ibi sunt abdita et retrusa, illa sane ingenia acount intenduntque, non supprimunt, non arcent, sed exercent. Et quid, quaeso, hoc ratiocinationis est, in apocalypsi nonnulla occurunt, intellectu difficilia, ergo nemo illustrandum sibi sumat oraculum quoddam apocalypticum. At, inter magnos inde prodeuentes sanctioris coetus turbatores, nonne *chiliastarum* nomina tuis obuersantur oculis. Ecclesiam N. Foederis militantem septem periodorum interuallis distinctam esse, eumque statum septemplicem praesidia sua maxime habere ex apocalypsi, quorundam doctorum publica est doctrina. Spem meliorum temporum, quam qui-dam tantuminodo exoptant, alii, ex apocalypsi, statuant fir-mantque. Aeternum euangeliū, quod turbas dedisse, con-stat, suam etiam sedem eodem loci constituit. Conuersio-nem Iudeorum, ad Christi sacra, alii uniuersam, alii insignem, etiamnum restare, quin instare, ex apocalypsi uident, ceteris eam quidem non negantibus, neque tamen, aut uniuersam, aut insignem, futuram, in apocalypsi inuestigan-tibus. Sunt, qui ex calculo apocalyptico certum corruen-tis orbis machinae annum colligunt, quem alii incertum credunt, singulisque, non dico seculis, sed annis, exspe-ctant. Immo ipsi religioso angelorum cultui patrocinium, in apocalypsi, quaerunt. Pro igne purgatorio, pontificiis sacerdotibus adeo fructuoso, documenta apocalypticqua afferuntur. Sed uerane sunt ista omnia, nec si sunt, quid inde, ergo non tractanda est apocalypsīs, quoniam, controuersis apocalypsios locis, in diuersa, seu, ut ita loquar, in

in turbas, abeunt, quin eo magis tractandi atque illustrandi ipsi sunt, ut, qui inter se discordant, in concordiam coeant, et, quantum fieri poterit, enodentur. Teneamus igitur apocalypsin abstrusam ac periculosam tractare, non esse imprudentis. Si autem sententiarum uarietatem, immo repugnantiam, animaduertis, rationes audi, apocalypsin adi, ut, si quid in ea certi, aut admodum probabile dictu, reperiatur, id tibi amplectaris, sin nihil certi, aut probabile, ut credulitatem, aut malitiam, admireris illorum, qui, cum nihil in apocalypsi uiderunt, sibi tamen, aliquid uidisse, uidentur, aliisque sua uisa uel obtrudere, uel, in illis, aliis illudere, moliuntur. Tandem aliquando rem ipsam aggressurus, uerba, quae, apocalypsis XXII, 18 et 19, extant, explicare proposui. Praefeo mihi sis, benignissime Iesu, ut meditationes exiles etiam meae quidpiam conferant ad regni tui amplificationem, amen.

II

Contextus Graecus.

Συμμαρτυροῦμα γὰρ παντὶ ἀνούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. εἴν τις ἐπιτιθῆ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' ἀυτὸν τὰς πληγὰς, τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ, καὶ εἴν τις αὐθαιρῆ ἀπὸ τῶν λόγων βιβλου τῆς προφητείας τάυτης, αὐθαιρήσει ὁ Θεὸς τὸ μέρος ἀυτοῦ ἀπὸ βιβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἀγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ.

Conuersio Syriaca.

ئَنْ ئَنْ لَكْلَلْ بَعْطَلْ لَكْلَلْ ئَنْ ئَنْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ
 لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ لَكْلَلْ

Tralatio uulgata.

Contestor enim omni audienti uerba prophetiae libri huius, si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas, scriptas in libro isto, et, si quis diminuerit de uerbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem eius de libro uitae, et de ciuitatae sancta, et de his, quae scripta sunt in libro isto.

Elegantior Castellionis.

Testificor autem omnibus oraculi huius libri dicta audientibus, si quis ad haec addiderit, addet ei Deus clades, in hoc libro scriptas. Et, si quis de uerbis libri huius oraculi ademerit, adimet Deus sortem eius de libro uitae, deque sacra urbe, et scriptis in hoc libro.

III

Insignem autem lectionis uarietatem hic in medium affert Io. Millius, quam, ex ipso, huc transcribo.

comm. 13.

- comm. 18.* 1) συμμαχετυροῦμαι γαρ] μαρτυρῶ ἐγὼ **‡** Steph.
 α. ie. Alex. Hunt. i. M. Cou. 2. Sin. Syr. Aethiop. **‡** Seidel. **‡**
 Μαρτύρομαι ἐγὼ, Pet. 2, Arethas.
- 2) † παντὶ ὀκ.] παντὶ τῷ ὀκ. Alex. Hunt. I, Pet. 2, Cou. 2,
 Arethas.
- 3) † τῆς προφητείας] deest in Arab. Aethiop. Omittunt artic.
 τῆς Ald. Col. Froben.
- 4) † ἔσιν τις] εἰ τις Froben. Col.
- 5) † ἐπιτιθῆ πρὸς ταῦτα] ἐπιτιθῆ ἐπ' ὀντά Steph. α. Alex.
 M. Sin. Cou. 2, Pet. 2, Hunt. I, Vulg. Arab. Aethiop. Areth. **‡**
 Seidel **‡**
- 6) † ἐπιθήσει] ἐπιθήσαι Steph. α. Hunt. I, M. Sin. **‡** Seidel **‡**.
- 7) † ἐπ' ὀντὸν] deest in Alex. ἐπ' ὀντῷ Pet. 2. inter lineas,
 recentiore calamo.
- 8) † τὰς πληγὰς] τὰς ἐπτὰ πληγὰς Pet. 2, M. Comp.
 Arethas.
- 9) † βιβλῶ] τῷ βιβλῷ Alex. M. Codd. plurimi.
- comm. 19. 10.* ἔσιν τις] εἰ τις Froben. Col.
- 11) † ὁ φωνῇ] ὁ φέλῃ, Steph. α. ie. Alex. M. Hunt. I, Pet. 2, Cou.
 2. Sin. Vulg. Syr. Arab. Aethiop. Arethas. **‡** Seidel. **‡**
- 12) † βιβλου] τοῦ βιβλίου, Alex. Pet. 2, Cou. 2, M. Sin. Comp. **‡**
 Seidel **‡**
- 13) † τῆς προφητείας] omittit Aethiop. **‡**
- 14) † ὁ φωνῇσε] ὁ φέλει, Alex. Cou. 2, Pet. 2, Arethas. ὁ φέλαι
 Hunt. I. ὁ φέλοι Steph. α. col. Sin. M. **‡** Seidel **‡**
- 15) † τὸ μέρος] nomen Arab.
- 16) † βιβλου] τοῦ ξύλου Steph. α. ie. Alex. Pet. 2, Hunt. I, Sin.
 Cou. 2. M. Syr. Aethiop. Arethas **‡** Seidel **‡**
- 17) † καὶ ἐκ] deest ἐκ in Alex. M. Col.
- 18) † τῆς πόλ.] deest τῆς in Col.
- 19) † τῆς ὁγ.] omittunt τῆς Ald. Col. Froben.
- 20) † καὶ τῶν] deest καὶ in Alex. Pet. 2, M. Hunt. I Cou. 2,
 Comp. Arethas **‡** Seidel **‡**
- 21) † βιβλίῳ] τῷ βιβλίῳ, Alex. M. Comp. Codd. multi.

22) Post

22) Post βιβλίω τούτῳ addit Arab., qui ergo habet oculos, uideat, et, qui habet aures, audiat.

IV

Ergone iactatis uos, profani, et gloriamenti, qui, in tanta uocabulorum uariatione, nil certi, creditis, residere. Sed perpendite, atque agite, quod rectum, quod aequum, est. Variatio, in uariis exemplaribus, adesse hic uocabula, non nego, sed quid inde, num ista omnia a prima manu sunt exarata. Nec uestra fortasse, nec mea certe, haec est sententia. Ergo una tantum lectio est germana, sic conuenimus, quae uero exceptione maior sit omni, si, in praesenti, exquisitus mihi, esset ostendendum, nonne fusissime agendum foret, quod ab instituto abludere, ecquis non intelliger, admonere tamen, haud imprudentiae erit. Fac, te, ex illis omnibus, ueram nescire lectionem, at, omnium uariantium examinans sensum, experieris, in illa lectionis diuersitate unam fere latere sententiam. Scilicet, ex praestantissima hac noui Testamendi editione Milliana, ita loquitur Cl. Vir, Ludolphus Kusterus, in praefat. uel hic praecipue fructus in ecclesiam redundat, quod nunc demum scire liceat, plerasque tot codicum MSS. lectiones uariantes ita comparatas esse, ut parum, uel nibil, inter eas interfici. Illud ipsum ex nostro, quem tractamus, loco etiam apparebit, si oraculi sensum, secundum lectionem receptam, quam supra Syriacam posui, prius perscrutatus fuero, cuius eruendi initium omnino faciendum est ab iis commatibus, quae nostra uerba proxime antecedunt.

V

Comm. xvi haec extat doctrina, *ego, Iesus*, accuratam loquentis habete rationem, *misi τὸν ἀγγελόν, istum meum angelum*, qui fuit ex numero septem angelorum, qui habebant septem phialas, Ioannem sic allocutus, *ades, offendam tibi supplicium meretricis magnae, sedentis in multis aquis, cum quascortati sunt reges terrae, cuiusque impudicitiae uino inebriati sunt incolae terrae, c. XVII, 1, 2*, qui Ioannem, diuino afflato, abstulit

lit in locum desertum, u. 3, qui Ioanni aperuit mysterium et mulieris, et bestiae portantis eam, u. 7--18, qui Ioanni scribere mandauit, μαρτύρει ὁ ἐξ τὸ δεῖπνου τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι, qui asseuerauit, uerba illa firma esse Dei, XIX, 9, quem Ioannes adorare uoluit, u. 10, qui Ioanni ostendit nouam Hierosolymam, c. XXI, 10, quem Ioannes iterum, diuino cultu, uenerari uoluit, c. XXII, u. 8, ut testificaretur uobis, o Asiatici, *ἰστα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις, super illis ecclesiis* septem, uidelicet Ephesina, Smyrnensi, Pergamena, Thyatirense, Sardensi, Philadelphensi, Laodicensi, ad quas missa est haec apocalypsis, c. I, comm. 4, u. seqq. c. II, comm. 1, 8, 12, 18, c. III, 1, 7, 14, ne igitur ista angeli facta et pronunciata negligatis, cum sint 1) asseuerationes, μαρτυρήσατ, 2) in commodum uestrum, ὑμῖν, 3) in uestra causa, ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις, 4) meo nomine, ἐγὼ Ιησοῦς ἐπεμψα, prolata. Idem ego, Iesus, sum ἡ ρίζα, καὶ τὸ γένος, τοῦ Δαβὶδ, promissus ille filius Dauidis, Ies. XI, 10, i Maccab. I, ii, ille Φωσφόρος, cuius mentio facta est, c. II, comm. 28 XXI, ii, 23. ille felicitatis, uitae, ac lucis aeternae, autor. *Spiritus et sponsa* dicunt ad illum phosphorum, ueni, ac illucesce. Sponsae, spiritu Dei agitatae, est, *dicere, ueni, amare τὴν ἐπιφύνεταιν τοῦ κυρίου, quaerere δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ αὐθαρεσίαν, καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, seu, cum οὐεποφορίᾳ ἐν ὑπομονῇ*, Rom. II, 7, Luc. VIII, 15.

VI

Namque, γάρ, rationem a contrario redditurus eius, quod dixi, συμμαρτυροῦμα, contestor, ut uulgatus, et N. Testamentum Gallic. edit. Montan. se declare, minus significanter, melius Theodorus Beza, una testor, uertunt. Dicitur, atque usurpatur, μαρτύρομαι ἀντὶ τοῦ διαμαρτύρομαι, οἷον εἰ διαβεβαιοῦμαι, πισὸν ἀποφαίνομαι, καὶ ἀπαρέβατον πᾶν τὸ ἐπισημανθὲν, τοῖς λόγοις τῆς

B

προφη-

προφῆτειας ταύτης, explanatore Graeco Aretha, ex commentariis Andreae, archiepisc. Caesariens. Latine, *testificor ego, hoc est, protestor, affirmo, fide dignum assero, non commutandum, non violandum, quicquid significatum est, per sermones huius prophetae.* Quid opus esset testimonio, ubi ageretur de lana, ut aiunt, caprina. Res nihil testari, est hominum nihil, nec ipsorum grauitati conuenit, nec quidem de Christo, sine summa impietate, cogitandum. Ne Israelitae perirent, ecce rem momenti grauissimi, *testatus illis est Moses, Exod. XIX, 21, 23, Deut. VIII, 19, conf. Gen. XLIII, 3, Exod. XXI, 29,* Cum, in circumsectione, aliisque suis operibus, Galatae Deo placere studerent, Paullus reclamat, Gal. V, 3, *ματύρωμα,* inquiens, *omnibus circumcisis,* cetera. Ita, ex Christi latere, lancea, a milite quodam, perfonso, effluxisse sanguinem et aquam, Ioannes, *ἀυτόπτης, μεμαρτύρηκε, Io. XIX, 34, 35,* rem profecto magni ponderis, quam, i ep. V, 6 et 8, iterum inculcat. Cum uniuersum apostolorum coetum compellaret Christus, *eritis, ait, mihi μάρτυρες Hierosolymis, in tota Iudaea et Samaria, immo ad ultimas terras, Act. I, 8.* In defensione, qua, coram Agrippa, rege, utebatur, ita confitetur Paulus, *diuino ego auxilio sustentatus, ad haec usque tempora steti, μαρτυρουμένος, paruis et magnis, Act. XXVI, 22.* In testimoniū intellectu aequē, ac uoluntate, num uitium resideat, quo testimonii fides uacillet, ut attentius inquiratur, suadent ICti. Atqui de Christi intellectu, non est, o septem ecclesiae, quod dubitetis, utpote cuius oculos nouistis, sicuti flammam ignis, maxime penetrantes, absconditae peruidentes omnia, ut merito dicatur ὁ ἐρευνῶν νεφεοὺς, *καὶ καρδίας, Apocal. II, 18, 23.* Praeterea illum non, nisi auctro uelificari emolumento, uel ex ipso testimonio, atque ex apocalypsiō scriptiōne et missione ad uos, a Christo benevolentissimo, Ioanni iniuncta, satis superque constat. Christus est ὁ ἄγνος καὶ ἀληθινὸς, Apoc. III, 7, ὁ αμὴν, ὁ μάρτυς,

ο πιστός, καὶ ἀληθινός, u. 14, proprio quasi nomine dictus πιστός καὶ ἀληθινός c. XIX, II. Christus est, de quo loquitur Deus, Eſ. LV, 4, *ecce dedi*, ſeu, constitui, eum **לְאָמֵן** בָּגִיד וּמַצְנֵה **לְאָמֵן** *testem* populorum, ducem et praeceptorem populorum. De formula Christi, ἀμήν, ἀμήν, λέγω ὑμῖν, uid. Campegius Vitringa, *obſeruat. lib. III, c. I, §. 4, et 5.* En igitur testem, omni exceptione maiorem, quem clasſicum uocant ICti, l. 12 ff. tit. *de testibus*, πιστός ἐſtiv ο μάρτυς, πιστός ἐſtiv ο λόγος. Christus hic, c. XXII, u. 18, μαρτυρεῖται, immo, συμμαρτυρεῖται, testatur, una cum iſto angelo, quem ipſe ablegauerat, μαρτυρεῖται, u. 16, ergo, diuerſa quamquam ratione, Christus est μαρτυρῶν, u. 20, et συμμαρτυρούμενος u. 18.

VII

Iesu testificatur πάντι ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προΦιτέας τοῦ βιβλίου τούτου, per τὸ βιβλίον intelligens libellum, quem, diuino mandato, confecit, confeſtumque ſeptem illis *ecclesiis* Asiaticis misit Ioannes, apoc. I, II, λόγοι ueero τῆς προΦιτέας τοῦ βιβλίου τούτου, quae loquendi formula etiam c. XXII, 7, 10, occurrit, ſiue, οἱ λόγοι τῆς προΦιτέας, c. I, 3, ſiue, τὰ ἐν τῇ προΦιτέᾳ γεγραμμένα, c. I. u. 3, ſiue, οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τούτου, c. XXII, 9, ſiue, οἱ λόγοι βιβλου τῆς προΦιτέας τάυτις, c. XXII, 19, ſunt οἱ λόγοι τῆς ἀποκαλύψεως, uel potius ipſa ἀποκάλυψις, et οἱ ἀκουων τοὺς λόγους τῆς προΦιτέας τοῦ βιβλίου τούτου, ſeu, uno nomine, οἱ ἀκουων, comm. 17, et cap. I, 3, οἱ ἀναγινώſκων, καὶ ἀκουων τοὺς λόγους τῆς προΦιτέας, eſt auditor, uel lector, apocalypſios. Atque adeo Christus, ut generatim testatur auditribus eiusdem, uel lectoribus cunctis, ita nominatim septem illarum diuinarum ſocietatum, quibus quippe illam inscribit, c. I, 4 et II, quosque alloquitur, comm. 16, et 21, cap. XXII, *gratia Domini nostri Iesu Christi ſit μετὰ πάντων ὑμῶν*. Ad maiorem igitur, ſi ita uidetur, perspicuitatem, ſupple deficiētēm uocem, *uobis*, hoc modo, confeſtor uobis omnibus, o ſe-

ptem ecclesiae, ad quas hanc apocalypsin exaraui legendam, uel audiendam. Vnico tantum Galatarum exemplo mentem meam illustrabo, quos Paullus, V, 2, solum quidem affari sic uidetur, ἐγώ, Παῦλος, λέγω ὑμῖν, uobis dico, Christum uobis nihil profuturum, et comm. 3, μαρτύρου δὲ πάλιν παντὶ ἀνθεώπῳ, testor iterum omni homini, adeoque uocabulo, omnis, Galatas nominatiū ac diserte comprehendit, alios tamen homines nequaquam uult exclusos.

VIII

Apocalypsis dicitur προφητία, XXII, 18, 19, quae, quid sit, breuitatis studio, hic non explano. Adeat, cui libet, commentatores, aliosque, qui id argumenti exposuerunt, quorum bene magnum init numerum V.C.D.Io.Gottlob Carpzouius, *introd. in libr. canon. V. T. part. III*, p. 85, *seqq.* Conuertimur ad ipsum Christi testimonium, quod ita habet,

ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' ἀυτὸν τὰς πληγὰς, --- οὐαὶ ἐάν τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ Θεὸς τὸ μέρος ἀυτοῦ --- Si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas, et, si quis diminuerit de uerbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem eius, XXII, 19. Quae uerba cum difficultatibus quibusdam implicata uideantur, nos, ut certum quid colligamus ac teneamus, a certioribus atque facilioribus incipiems, ad incertiora ac difficiliora deinceps progressuri. Si quis, inquit Christus, apposuerit πρὸς ταῦτα, ad haec, quid intelligendum, per πρὸς ταῦτα, inquisituri, duas hic conspicimus propositiones, quarum altera de appositione agit, altera de diminutione, utraque et πρόσθετη, et ἀφαιρετη, propositis poenis, interdicit. Quod sane interdictum seuerissimum haud dubie respicit Deut. IV, 2, XII, 32, Prou. XXX, 6. Cum autem, in tribus istis locis, ea prohibeatur apposito, qua quid uerbis diuinis apponitur, uel inde probabile fit,

πρὸς

πρὸς ταῦτα, ad haec, si sententia supplenda sit, desiderare supplementum, uerba diuina. Idque ex duarum propositionum, fibi oppositarum, coniunctione magis patet, quarum posterior, si quis abstulerit ἀπὸ τῶν λόγων βιβλου τῆς προφητείας ταύτης, priorem ita planiorem reddit plenioremque, si quis apposuerit πρὸς ταῦτα, h. e. πρὸς τοὺς λόγους τῆς προφητείας ταύτης, quae fere eadem uerba paullo ante sic leguntur, confessio omni audienti τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Itaque, si quis adiecerit, *πρὸς ταῦτα, λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου*, sententia quidem perspicua est, et satis commoda, at, cum Grammatica non cohaerere ταῦτα et λόγοι, uidentur, cui tamen priori, ne Priscianos offendas, aut προηρημένα, aut ῥήματα, aut γεγραμμένα ἐν ταύτῃ προφητείᾳ c. I, 3, aut aliud uocabulum, satisfaciunt.

IX

Ecquid tandem notet φράσις, apponere uerbis apocalypticis, et detrahere uerbis apocalypticis, priusquam, in quo cardo rei uertitur, excutiamus, submonendum esse, uidetur, deesse iis quid ad sensus complementum, ex more Hebraeorum, Graecorum, Latinorum, aliorumque populorum, quibus frequens est huiusmodi loquendi consuetudo, ut nomina coniugata interdum facile omittant, interdum literis exprimant, e. g. עבר operatus est, et עבר עכורה operatus est operationem. Num. IV, 23 et 24, הקשיב קשׁב attendere et קשׁיב Ies. XXI, 7, attendere attentionem, אלשׁ petit Pf. II, 8, et אל שאלת Iud. VIII, 24, petit petitionem, חלט somniare aliquid, et חלט somniauit somnium, Gen. XLI, 1, II, 15, עיר sciens aliquid, et דעת יזרע sciens scientiam, Kohel. IX, II, Iob. XXXIV, 2, Dan. I, 4, Prou. XVII, 27, 2 Chron. II, II, 12, I Chron. XII, 32, העלת offerre aliquid, 2. Sam. XV, 24, העלה offerre oblationes, 2. Sam. VI, 17. conf. LXX uiralis conuersio, et Christoph. Theod. VValtheri, *dissert. de ellipsis Ebraeis*. Ad eandem formam diceres, חוסוף חוספה addere, et חוסוף חוספה addere-

addere additionem, גָּרַע מִגְּרָעַת, diminuere aliquid, et נִמְנַעַת dimi-
nuerre diminutionem. Quod si uero nomen cognatum, uel *additionem*, uel *diminutionem*, silentio plane praeterire dubitas, substituas
 τ_{\circ} *aliquid*, hoc modo, si quis apocalypticis uerbis addiderit
aliquid, aut, in iis, diminuerit *aliquid*. quod supplendi genus,
si dictionis uim spectes, cum superioribus Hebraeorum for-
mulis recte exaequatur, nec Graecis displicet, ostendentibus
Dan. Vechnero, *Hellenolex. lib. I, c. 3. § 5. et lib. I, c. 22, ac,*
Lamberto Bos, *ellips. Graec. p. 2 et 196.* Denique illam locu-
tionem etiam ita pleniorē efficere licebit, עֲקָר אֶחָת אֶחָת
auferre, et addere, ἵωτα ἐν, ἢ μιαν νερούαν, uid. §. XII et
Matth. V, 18.

X

Et quid tandem aliquando est, *apocalypsi quid addere, aut adimere*, ne iusto diutius distineamur ambagibus. In diuersas hic explications abeunt uiri eruditii, in iisque princeps nominandus Hugo Grotius, *addit apostolus*, inquit, *grauem obtestationem ad eos, qui haec audient, ne ea, aliqua ex parte, immutent, reliqua, immutationem ad librarios et falsarios referentia*. Cuius haud breuem commentarym et magni nominis theologus desideratissimus, D. Abr. Calouius, *Bibl. illustr. ad h. l. silentio suo uel approbat, uel refutatu dignam non putat*, et Campegius Vitrina, *avantplacit Apocalyps. suis uerbis declarat, ad ductisque rationibus ita confirmat, cum enim librarii saepe in libris, quos describebant, socordius uersabantur, tum uero non deerant falsarii, sic, uero et proprio nomine suo, dicti, qui, sacrorum librorum lectionem adulterabant, ut eandem ad suae sectae placita accommodarent. Id praeuidebat Ioannes, et, ex sui temporis moribus, iam colligere potuit, huius quoque esse posse fatum libri, nisi huic fraudi et impietati, seria obtestatione, occurreret.* Audiatur denique, ex pontificiis, Blasius Viegas, sic commentatus, *innuit, Ioannes, futuros in ecclesia haereticos, qui sacras scripturas adulterarent, atque, ad eas corrumpendas, et, in suos errores detorquendas, quaedam adiicerent, quaedam etiam mutilarent.*

XI

XI

Nunc, quid mihi uideatur hac de materie, quidue, ex qua causa, ita statuendum, uel inde quid eruendum, ex instituto docebo, argumentorum, quae me in diuersam longe sententiam compulerunt, initium ducturus a connexione cum comm. 17, proxime antecedenti, ὁ διψῶν ἐλθέτω, καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὑδωρ ζωῆς, quicunque sitit aquam illam uita, id est, uita aeterna uult perfrui, is ueniat, nempe uia, in τῷ ἐλθέτῳ apocalypsios, monstrata, quae perinde est, hoc loco, ac ταξίς, et κανὼν, sive regula ac norma, cui nec addi quidquam, fas est, nec adimi, unde si quis deflectit, adeoque a uia apocalypsios, eiusque praescripto, discedit, plagas sentiet aliquando grauissimas. Tali pacto comma 17 et 18, uinculo aliquo tenaciori, cohaerere uidentur recte.

XII

Quod si adhuc dubitatione quadam laborat Φράσις Ioannea, libro aliquid addere, aut demere, eam gemina, Iudeorum magistris sermone trita, facem nobis preferente reuerendo maxime D. Io. Gottlob. Carpzouio, ex codice Iebanmoth c. VIII, pag. 79, col. 1, illustrabimus, אמר ר' יוחנן משפט ר' שמעון בן הוצדק מוטב שתעקר אותן את עת התורה שיטר שם בפרהסיא R. Simeonis, filii Iosedeck, praefat, ut euellatur littera una de lege, ut sanctificetur nomen coelorum publice. Quod dictum paulo ante quoque, nomine R. Chiia, filii Aba, pronunciauerat R. Iochanan, modo quod, loco uerbi, שטרק ר' יוחנן, habet ואל תחלל et non profanetur. Quid autem axiomate isto sibi uelint magistri, συναφεῖα textus edocet. Agitur istic loci de historia 2 Sam. XXII, 1—14 re- censia, quando Dauid, septem filios Saulis, suspendio enecandos, tradidisse, legitur Gibeonitis, eo, quod pater ipsorum, contra datam iuratamque a Iosua fidem, in insontes saeuierat. Geminum hic mouent scrupulum Talmudistae, hinc, qua conscientia Dauid id face- re potuerit, et liberos mortii tradere, pro pare, cum scriptum sit Deut. XXIV, 16, non morientur patres propter filios, et filii non morientur propter

propter patres etc. hinc qui factum sit, ut suspensorum corpora relinquerentur aliquamdiu suspensa, ut excubias ad illa agere, ferasque, et uolucres, arcere, necesse haberet Rizpa, cum tamen denuo Deut. XXI, 23 scriptum sit, non pernoctabit cadauer eius suspensa super ligno, sepeliendo sepelies eum eo ipso die, respondent magistri, si de gloria nominis diuini agatur, licere litteram aliquam euellere e lege, b. e. in uno uel altero, deflectere a lege, licite ergo factum esse uirumque, et quia Saul religionem sacramenti, quo in clientelam Israe lis Gibeonitas receperat Iosua c. IX, 15 seqq, insuper habuerat nomenque diuinum et profanauerat ipse, et profanandum exhibuerat finitimi gentibus, recte a legis praescripto discessum fuisse, hinc pairis perfidiam et crudelitatem in liberis et posteris iudicando, hinc corpora suspensorum, sub dio, et insepulta diebus aliquot, relinquendo. Patet igitur, scitum istud Talmudicum non mutilationem legis scriptae, litterae unius ablatione, uel corruptione, instituendam, (a qua gens Iudaica nusquam non abhorruit) sed praecepti cuiusdam transgressionem, uel neglectum, certo casu, permittere, ubi gloria nominis diuini periclitetur, quoniam in irum casu, dispensatio a lege locum habere, intelligatur, ad eum fere modum, quo saluator optimus, Matth. XII, 3, Davidem, in causa necessitatis, 1 Sam. XXI, 6, legem impune transgressum fuisse, docet. Quam ergo imperite, quam ἀπρόσδιονύσως, pronus Iudeorum ad sponte corrumpendam legem animus, ex hoc dicto a Pezrono aequo, ac Whiston colligatur, sole clarius liquet. Haec, ad uerbum, bona que fide, ex laudati modo Carpzouii critica S. V. Testam. p. 958, seq. liceat mutuari paullo fusius, cum instituto artissime coniuncta, idque hic tangere, euellere e lege idem esse, atque auferre, eximere, demere de lege, cetera.

XIII

Ex allatis si locutionis nostrae expositionem nondum satis cognitam habes atque perspectam, firmamenta quae-dam alia, ex ipso Graeco V. T. codice, in medium proferam. Primum extat Deut. IV, 2, ubi Moses praecipit, οὐ προσθήσετε περὶ τὸ ρῆμα, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν, καὶ οὐκ ἀφελάτε

ἀφελέτε ἀπ' ἀυτοῦ Φυλάσσεθαι τὰς ἐνπολαὶς κυρίου
τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον,
h. e., interprete Castellione, ne quid additote ad id, quod
ego uobis praecipio, neue quidquam detrahitote, seu, ut Mo-
ses aliique, eandem rem alibi efferunt, **לֹא תְסֻרֵי מִן־הַדָּבָר**
לֹא תְשַׁמֵּךְ יְמִין Deut. V, 29, Deut. XVI, II, 19, c. XXIX, 14,
Ios. I, 7, c. XXIII, 6, 2 Reg. XXII, 2, ne recedatis a uer-
bo meo uersus dextram, aut, uersus sinistram, **Φυλάσσεθαι**
τὰς ἐνπολαὶς κυρίου, κ. τ. λ. ut praecepta conseruetis Iouae,
Dei uestri, cuius quippe praeceptis quidquam apponens,
aut subtrahens, siue, rectam mandatorum diuinorum regu-
lam ac uiam aspernans, non **Φυλάσσεται τὰς ἐνπολαὶς τοῦ**
Θεοῦ. Ergo Moses hoc in animo habet, nolite obliquam
calcare uiam, ut teneatis rectam. Israelitarum igitur erat,
τὴν ὁρθὴν ὁδὸν σώζειν, ποτὲ τὴν παροιμίαν, ut loquitur Ari-
stides in Pericle. Eandein explicandi rationem init I. A. VVer-
denhagenius, cuius memoratu digna uerba sunt, *ita accurate*
ab omnibus, nemine excepto, in uerbo suo cupit agnoscere et diligere Deus,
ut, in cunctis uitae actionibus eius, mandata obseruemus unice,
nec quicquam in iis mutemus. Proinde ait Moses, *non quidquam*
addere debetis iis, quae uobis praecipio, nec quid detrahatis. - - -
Verbum Dei, ob certitudinem, et aeternam immutabilitatem, semper
ubique regulae et normae loco esse debet, a qua nusquam, in omnibus
vitae actionibus, ne per latum quidem unguem, recedendum. Vnde etiam
Dauid, rex, omnem vitae huius beatitudinem illis, qui omnem
amorem, et cordis delicias, in hoc uerbum, et eius usum praxinque,
ponunt, nocte dieque, in ea exercent, toties adscribit. uid. dedic. Politic.
General.

XIV

Alium adeamus locum, Deut. XII, comm. 32, **πᾶν ῥῆ-**
μα, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον, τοῦτο Φυλάξῃ
ποιεῖν, οὐ προσθήσεις ἐπ' ἀυτῷ, οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' ἀυτοῦ,
id est, ex mente Castellionis, *quicquid ego uobis praecipio, cura-*
tote, ut id faciatis, neque huic quidquam uel addatis, uel detra-
hatis.

C

hatis.

hatis. Verbum adeo diuinum habe pro regula recta, quae nullam πρόσθεσιν, nullamque ἀΦαιρέσιν, admittit. Quare autem illas, aliorum nonnullorum exemplo commentatorum, diminutiones et additiones aut ad stylum restringerem, aut ad ἐπιμηνίαν solam traherem, aut ad μανόνος perfectiōnē torquerem, quorum leuioribus meditationibus cumulandis lubentes supersedemus. Aut num, λέξιν nostram alter in Mose explicandam, censes, aliter in apocalypsi, nulla eius subiecta ratione.

XV

Sententiae porro meae adstipulatur diuinum illud Agoris oraculum, Prou. XXX, 6, qui, postquam, suo exemplo, docuit, humano ingenio non esse fidendum, utpote intra angustos scientiae limites coacto, quod problematibus quibusdam ostendit u. 4, in eius contra, quam Deus aperuit, sapientiae laudes excurrit uerissimas, ipsamque ita commendat, *uerbum Dei omne probatum est*, *הַרְוָקֵת* simile χεισίω ἐν πυρὸς πεπυγμένω, Apoc. III, 18, Pf. XII, 8, Zach. XIII, 9, Es. I, 25, Malach. III, 3. Verbum Dei est aurum purissimum, nihil neque habens, neque admittens, scoriarum, quo nitaris tuto, est clypeus Deus, eiusque uerbum, omnibus omnino confidentibus ipso, ille protegit omnes, qui ad ipsum configiunt, h.e. eius ductum, eiusdemque praescripta, sequuntur. Proinde μὴ πρόσθης τοῖς λόγοις αὐτοῦ, τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε, καὶ ψευδῆς γένη, comm. 6, nihil uiuendo, seu, in uitiae tuae προξενούσι, uerbis institutisque eius addas, seu, aliter ne uiuas, quam ipse definiuit, *ne te*, qui, diuini constitutionibus rejectis, tuas opiniones pro norma diuina habes, re ipsa conuincat aliquando dominus, *et impius*, seu, *mendax*, *fias*, h. e. *ne*, inflictis aliquando plagis, impietas tua in apricum ponatur. Duo a te, benignissime Deus, precatus sum, quae, dum uiuam, mihi largiaris, comm. 7, pietatem שׁוֹא וּבְרִרְכָּבְךָ תְּרַחֲקֶנְתִּי seu, ut uerbis tuis nihil addam,

et

et panem sufficientem **אֶת־פְּנֵי הַטָּרִיפָנִי** **לֹא־עֲשֵׂר** **אֶל־תְּפִזְזֵלִי**
לְחַסְתְּךָ u. 8. Ex quibus si concentus consensusque
horum dicendi generum, nimirum **אַוְסִיף עַל־דְּבָרִי**
אַלְוָהִים addere uerbis diuinis, comm. 6, **כִּזְבָּב** **מִנִּירִי**, ibi-
dem, committere uanitatem, et rem mendacii, comm. 8, **עֲשָׂות**
שְׁוָא **וּרְבָּרְכָּבָ** extra contextum illum Hebraicum, non-
dum satis elucet, aliud alias in locum, in contextu eodem,
surroga, et cognosce, num, ui eorundem **ἰσοδύναμούσην**,
inde quid lucis affulgeat. At uero, quamuis Agur, apud
Salomonem, diuina instituta humanis additamentis afficere
solum prohibeat, diuinorum contra relinquat intactam dimi-
nutionem, licentiam tamen a uerbo diuino deflectendi ad
dextram, aequa damnat tacite, ac deflectendi ad sinistram,
quia utraque declinatio **ἀνομία** est, ac iusto subtilius ab Hug.
Grotio Hebraeum, diminuere, *per non facere, quod iubetur, ad-*
dere, per aliter facere, quam iustum est, distinguitur, *not. ad Deut. IV,*
2, quasi, qui non facit, quod a Deo iubetur, idem non faciat
aliter, quam a Deo iubetur, et uicissim. Prudentiori Am-
brosii iudicio nihil, uel cautionis gratia, iungere debemus manda-
to Dei, si quid enim uel addas, uel detrahas, praeuaricatio est, de
paradox. c. XII

XVI

Argumenta uidetur mea plane infringere ecclesiastes, Sa-
lonon, qui, postquam diuinum opificium perpetuitatem habe-
re, affirmarat, ita pergit, **ἐπ' αὐτῷ οὐκ ἔσι προσθεῖναι,**
καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὐκ ἔσιν ἀφελεῖν, **καὶ ὁ Θεὸς ἐποιή-**
σεν, **ἴνα Φοβηθῶσιν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ,** c. III,
14, h. e. doctore Luthero, alles was GOTt thut, das bestehet
immer, *mann kan nichts dazu thun, noch abihun.* Quod si igi-
tur fieri non potest, ut diuinis rebus quicquam adiiciatur,
quid uetus Moses, quid Agur, quid tandem Ioannes, cum,
quae fieri non possunt, nemo faciat. Quid est ergo, quod
de illo illorum uirorum **Θεοπνεύσων** interdicto dicamus, aut
respondeamus, id expediendum facile propterea, quod autor

non de uerbis, sed de **כָּל־אָשֶׁר יִעַשׂ רְאֵלִים**, factis operibusque diuinis, loquitur, quibus nec adiici, nec detrahi, re ipsa, effectuque corrigendi, perficiendique, quid potest, quae iam iam omnibus numeris partibusque expleta sunt et perfecta. Itaque discordia inter Mosen, Agurem, Salomonem, atque Ioannem, nulla fuit, quibus opera Dei tam perfecta sunt, ac in perpetuum duratura, ut magis perfici, addendo demendoque, haud queant.

XVII

Euoluta, et, pro virium mediocritate, confirmata sententia mea, sequitur, ut aliarum fundamenta subruamus, in iisque primum eam conuellamus, quae, adiectionem illam ac deminutionem librarii, falsariisque, tantum contrariam esse, statuit. Enim uero male sic connectuntur uerba, quicunque de meo aduentu audit, dicat, ueni Iesu, et quicunque sit aquam illam uitiae, is ueniat, et hanc sumat, u. 17, namque, quod omnibus ego sancte testificor, quicunque totum V. ac N. Testamenti codicem socrdios describunt, aut N. T. uerba adulterant corrumpuntque, illi poenas dabunt grauissimas. Enunciata sibi prorsus dissimilia, ueluti scopas dissolutas, nec conexi uim sustinentia. Christianae religionis τάξιν, siue, uiam ingrediantur omnes, in eaque ad uitam aeternam adspirent, quia transribentes pessime, atque depravantes, N. Foedus, aut totum sacrum Codicem, poenas incurrent quam maximas. Ex Irenaeo, pro se, obtestationis formulam H. Grotius desumit, *not. ad h. l. qua*, contra falsarios, cauebatur, hunc in modum, Ορηζώ τὸν μεταγραψάμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, πατὰ τοῦ Κυρίου ὑμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ πατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἡς ἔρχεται πρὶν αἱώντας καὶ νερούς, ἵνα ἀντιβάλῃ, ὁ μετεγράψω, ἐπιμελῶς, καὶ τὸν ὄρκον τοῦτον ὄμοιῶς μεταγράψως καὶ θήσης ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. Eadem usi sunt,

in

in *chronico*, Eusebius, Hieronymus, Rufinus et Valens Antiochenus. Tertullianum et Eusebium nominatim falsariis opponit Campeg. Vitrina, *obseruat. s. l. III, c. 19, §. 12, conf. anacris. apocalyps.* Atqui sint ista cuncta, quae H. Grotius, quae Campegius Vitrina, quae reliqui, ex antiquitate afferunt, uera, nec frusta scripta sint ista Martialis, *epigrammat. lib. II, 8,*
si qua uidebuntur chartis tibi, lector, in istis
sive obscura nimis, sive latina parum,
non meus est error, nocuit librarius illis,
dum properat uersus adnumerare tibi,

certa sit librariorum et incuria, et malitia, sed minus dubia quoque sit ultimae antiquitatis piae sollicitudo incredibilis, de puritate codicum N. T. conseruanda, de qua, ante bienium, non uulgaria edisseruit vir doctissimus, Io. Frickius, qui usitatissimum tetigit perstrinxitque morem ueterum, compremendae impostorum librariorum audaciae causa, conclusionibus librorum subiiciendi adiurationes, *p. 125.* comparentur Io. Alb. Fabricii *biblioth. Graec. l. V, c. 1, p. 74 seqq.* Michael. Lilenthalii *select. hist. literar. differt. I.* Nec sequitur, aetate Ioannis, grassati quidam sunt in libros mutilandos, supponendosque, ergo, in eos, eam formulam Christus sanxisse censendus est, quae cum antecedentibus inepte cohaeret, potiorique Φράσεως istius significationi, in sacris literis, aduersatur, ac falsam uerborum τοῦ Βίβλου τῆς προφητείας ταύτης expositionem, de toto N. immo, et V. Testamento, apportat.

XVIII

Sunt deinde, qui contendunt, Ioannem errabundos exegetas praeuidere potuisse, adeoque apocalyps. c. XXII comm. 18 et 19 de iisdem explicanda esse. Sed enim uero, nonne Ioannes, diuino spiritu plenus, perfectionem κανόνος et absolutionem, librarios indiligentes atque imperitos, Carolum M. Tauferum, et quos, quidue, non praeuidere potuit, ergo, de iis omnibus, ibi loquitur diuinus uates. Proficere potuit, ergo prospexit, male quis ita ratiocinatur.

Nihil-

Nihilo secius Ioannes reuera praesciuit, sed unde constat, et, si constat, quid hoc ad rem. Nonne praesciit Gogi quoque atque Magogi aduentum c. XX, comm. 8, ergo c. XXII, 18 et 19, sermo est de aduentu Gogi atque Magogi. Cauent itaque sibi D. Ioachim. Langius, alii, mysteriorum inuestigatores Ioanneorum, ne, dum ἡεῳδειαὶ ἀποκαλypsiōis hic damnataim uolunt, ac, sigillatim eos, qui regnum, ut vulgo dicitur, *millenarium*, aut suis, aut suorum, fucatis coloribus depictum, reiiciunt, aliquid sic apocalypsi, per nefas, uel addere, uel detrahere, temere existimant, caueant, inquam, ne ipsi, falsae interpretationis uitio, sese contaminent, et, dum euitare uelint charybdim, incident in scyllam, uel intelligendo ne faciant, ut nihil horum intelligent.

XIX

Alii, haud contemnendi oraculorum interpretes, Christum, additamenti ac detractionis interdictione, *κανόνα* sacrum perfecisse, credunt. Ne autem perturbate, ac sine ratione, rem tractes, non quaeri hic, attendas, uelim, an diuinoris scripturae *κανών* sit perfectus, sed an *κανόνος*, ex hoc loco, uenditata ostentataque perfectio, sit hic satis firma. Deinde perfectum totius operis sacri contextum a perfecto libri unius aliqui scite distingues. Nonne, u. g. epistola Paulli ad Galatas est *κανών*, liber *κανονικὸς*, fidei uitaeque canon, seu, regula, neque tamen est credendorum omnium, qui uidelicet omnia christiana religionis capita contineret. Nihil ibi de sacro fonte, nihil ibi de coena domini, reliquis. Quapropter latet ambiguitas in uocabulo perfectionis, quae alia est *formalis*, ut in qualibet sententia θεοπνέυσω, alia *integralis*, dictis omnibus scriptisque, quae, aut scribi diuinitus, aut dici, oportebat, alia *finalis*, finitis cunctis, quae ad salutem aeternam pertinent, ut nos docet D. Io. Conrad. Dannhauerus, *hodosoph. Christianae* p. 36, al. p. 69, seqq. Quibus accurate praemonitis, haud aegre concedo, apocalypsin esse *κανόνα*, siue, fidei uitaeque regulam, eamque esse *κανόνα* perfectum, ut technici loquuntur,

tur, formaliter. Κανών ἐστι νόμος ἀπαράβατος, καὶ μέτρον ἀδιάφευσον, μηδεμίαν πρόσθεσιν καὶ ἀφάγεσιν ἐπιδεχόμενον, canon est lex non negligenda, et regula infallibilis, seu, perfecta, ac proinde nullam, neque additionem, neque de-tractionem, admittens, enarratore Varino Phauorino, in *lexico*, e uetustis Grammaticis, et *glossis*, congetto. ὅπου μὲν οὖν δοκεῖ μὴ εἶναι ἀΦελεῖν, η̄ προστιθέναι, τοῦτο ἀκριβὲς τὸ μέτρον, ubi itaque uidetur non esse auferendum, aut addendum, illa accurata mensura est, teste Aristotele, *metaphys.* X, 1. Idcirco Basilius, lib. I, contra Eunom. habet id pro *extremo ignorancia*, *regulam*, uel *amissum*, aliquo additamento persicere uelle. Aliam, quam modo significauimus, *absolutionem* hic demonstrare temere cupiunt dissentientes, nempe, qua, inde a conscriptione apocalypsis, *sacris literarum monumentis* consignata perhibentur et conclusa, in uniuersum, quae creditu, factuque sunt necessaria. Nec sequitur, quoniam ultimum occupat locum apocalypsis, ultimo eam tempore literis mandatam fuisse, quasi *cbronicorum libri*, qui in Hebraeo codice conspiciuntur ultimi, ultimi etiam fuerint conscripti. V. C. Christoph. Matth. Pfaffius, Io. Millius, aliique, diui Ioannis historiam, extremis N. Foederis temporibus, compositam, tradunt, quorum ille cum primis, uariis usus sententiae suae praesidiis, tandem summam facit cogitationum; atque scienter pronunciat, *fculneum esse argumentum*, quod ex Apoc. XXII, 18, 19, pro canonis librorum N. T. constituzione, seculo I iam facta, communiter allegatur. Verba enim illa, ubi dicitur, nihil addendum, uel detrahendum, esse uerbis libri τῆς προφῆτεως ταύτης, solam respiciunt apocalypsin et βιβλίον τοῦτο, quod commemo-ratur, non totum N. T. ad quod euangelium Iohanneum nondum tunc accesserat. prae-fat, not. exeget. in Mattb. Postremo fac, Ioannis apocalypsin ultimum esse scriptum, nihil inde incommodi in causam nostram redundat.

XX

Apponenti autem, auferentive quid, uerbis apocalypticis, poenas Numen minatur acerbissimas, exactissimam iuris talionis regulam obseruaturum, ἐπὶ τὸν ἐπιτιθέντα ἐπιθήσει δὲ Θεός, et ἀπὸ τοῦ ἀφαιροῦντος ἀφαιρέσει δὲ Θεός, cuius seuerissimam executionem iterum iterumque apocalypsis Ioannea promulgat, c. XI, comm. 18, δὲ Θεός διαφθίζει τοὺς διαφθίζοντας τὴν γῆν, et diabolus, οὐ βαλῶν τοὺς ἀσέρους εἰς τὴν γῆν, βάλλεται καὶ σύλλογος εἰς τὴν γῆν, c. XII, 4 et 9, εἰ τις ἀιχμαλωσίαν συνάγει, εἰς ἀιχμαλωσίαν ὑπάγει. ἐπὶ ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, illum ipsum uicissim oportet ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι, cap. XIII, 10. Qui sanguinem sanctorum effuderunt, eisdem sanguis datur potandus, c. XVI, 6. Istud autem additamentum, cum in ipso actu, exercitioque, ab admitione separatum non sit, et contra, consequens est, ut quod supplicium sustinet δὲ πιτιθέται, idem quoque sustineat δὲ ἀφαιρέσθαι. Auferentis clades, quae consistunt in detractione sortis eius de libro uitae, et ciuitate sancta, theologi recentiores nominassent poenam damni, aut mala priuantia, addentis e contrario poenam sensus, aut mala quid ponentia. Videamus paulisper, illa quid sibi uelint, quibusque bonis hominem priuent, ex Christo discamus, futura haec praedicente, si quis libelli apocalyptici uerbis quidquam auferet, auferet eius portionem Deus, quam capere futuram licuisset, tolletque ex libro illo uitae, cuius sexies iam iniecta est mentio, c. III, 5, XIII, 8; XVII, 8, XX, 12 et 15, XXI, 27, itemque, ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἀγύλας, ex urbe illa sacra, tredecies nominata, III, 12, XI, 2, XX, 9, XXI, 2, 10, 14, 15, 16, 16, 18, 21, 23, XXII, 14. Sed, quo isthaec spectent, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ, XXII, 19, i. e. et de scriptis in hoc libro, interpretes, quos inspicere mihi quidem licuit, fere omnes satis leuiter strictimque curant, nisi quod Theod.

Theod. Beza, Zegerus in criticis Anglicanis, Campegius Vitrina, alii, τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ad consolationes, beneficia, et praerogatiwas, hoc in libro, morigeris Dei cultoribus, promissas, referant. Verum uti, explicationem istam non insitam, et ex dictione sponte enatam, sed longius quae sitam, prorsusque peregrinam, esse, nemo non intelliget, tuin propter deficientem illic talem Φράσεως usum, tum propter non minorem plagarum numerum, sic tres nobis explanandi uiae patebunt, quibus ire licebit. Prima erit plana, si dicamus, partem auferentis Deum tollere ἀπὸ βιβλου τῆς ζωῆς, de libro vitae, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς αἰώνας, et de ciuitate sancta, καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων, genere virili, et inscriptis libro isti, scilicet, uitae, quam, paulo ante, nominarat Christus, h.e. Deum eiice-re illum ex ciuibus coelestibus, siue, ex numero ac societate ciuium coelestium, quandoquidem haec loquendi forma, γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς, incognita non est. euoluatur c. XXI, comin. 27, XX, 15, XVII, 8, XIII, 8. Quodsi, cum complurimis bonae notae codicibus, τὸ, καὶ, omittimus, altera haec se aperiret explicandi uia, Deus auferentis partem aufert de libro uitae, et de ciuitate sacra, τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, inscriptorum libro uitae. Tertia, omnium planissima, mihi maxime probatur, auferentis partem Deus tollit ἀπὸ βιβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς αἰώνας, τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ, ex libro uitae, et urbe sacra, scriptis, seu, descriptis, in libello hoc apocalypticō. Hanc interpretationem duarum mutuo fese respicien-tium, propositionum cognatio, haud obscura, confirmat, qua-rum prior erat, si quis apocalypsi addiderit, eidem Deus addet plagas illas, τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ, descrip-tas, supra, in libello apocalypticō. Nec est, quod huic constructioni, τῆς βιβλου, καὶ τῆς πόλεως, τῶν γεγραμμένων,

D

v. τ. λ.

η. τ. λ. timeas. Neque enim haec talis dicendi forma Graeci sermonis naturae aduersatur, quae pluribus rerum inanimatarum uocabulis, siisque per se subsistentibus, siue eiusdem, siue diuersi, generis, epitheton, uel, participium, plurale neutrum subiicit, id quod ex Aristotele patet, *IX metaphys.*
πρωταγόρας δ' ἀνθεωπόν Φησὶ τάντων ἔνοι μέτρου. ὡσπερ-
ανεὶ τὸν ἐπισήμονα εἶπὼν ἢ τὸν αἰδανόμενον. τούτου δ' ὅτι
ἔχεσιν, ὁ μὲν αἰδησιν, δ' ἐπισήμην, ἢ Φαίμεν ἔνοι μέ-
τρα τῶν ὑποκειμένων, item, in probl. διὸ δὴ εἴ τὴν Φύσιν
ὅμοια ὄτι, τε ὅνος καὶ ἢ ιράσις. conferantur Guil. Budaei
commentar. linguae Graecae, p. m. 1394 edit. 2dae, ubi superio-
rem Grammaticam praeceptionem latius uberiusque per-
tractat. Graecos Latini imitantur, cuius dictionis exempla
*Georg. Henr. Ursinus suppeditat, *institution. LL. part. II*, p. 551.*
Semel tantummodo, in tota apocalypsi, quod hoc pertinet,
dicitur, ἐγένετο χάλαζα, καὶ πῦρ, μεμυγμένα ἄματι,
VIII, 7.

XXI

Nunc de bonis auferendis, seu, uti alii loquuntur, malis priuantibus, carptim breuiterque dicam, edocturus priuum, qualis liber ille uitae sit, ex quo adimentis nomen delebitur. In eo consentiant omnes, necesse est, Deum proprie non scribere, proprie non expungere, proprie libris non esse instructum, quanquam Hebraeorum quidam magistri, superstitione et aniliter, ita fabulantur, atque adeo, cum τῶν νικῶντι, i. e. beate morienti, promittitur nominis sui αὐεξιλαψίς, non deletio ex libro vitae, III, 5, haud proprie sic dictum librum, haud naturalem, sed materiae expertem, intellegi, oportere. Itaque Numen partem eius tollet de libro vitae coelestis. Deinde, quoniam Sardensium τῶν νικῶντων, siue, fideliter morientium, praemium est, ut ipsorum nomina ne deleantur ex libro vitae, III, 5, nullius autem nomen deleri possit, quod non inscriptum fuerit antea, ergo, ante

ante illorum mortem, eorum nomina libro uitae inscripta fuerunt. Locum inde nostrum iterum pleniorem ita reddeimus, Deus aufert de libro uitae sempiternae partem, seu, nomen, eius, quod libro uitae antea inscriptum fuit. Tum, quia nemini, nisi solis illis inscriptis, contingit intrare πόλιν sacram, XXI, 27, et βίβλος cum uoce πόλις, nostro in argumento, comm. 19, coniunctim reperitur, duo conflemus in unum, et inde usitatam βίβλον τῆς πόλεως, **Stadt-Buch** / Latine, album, seu, uocabulo minus comto, matriculam ciuium, efficiamus. En igitur album ciuium, en urbem, en urbis praefectum clauigerumque Christum, apoc. III, 7, en in ciuitatem receptos, quibus sua est κληρονομία, suumque μέρος, apoc. XXI, 7, 8. Ex quo iudicari potest, unum idemque haberi, libro uitae nomen dedisse, ciuem esse sacrae illius urbis, esse fidem. Quemadmodum autem a Deo electus, et sempiterna salute impertitus, fidelis est, sed non fidelis peraeque est electus, ita omnis quidem electus libro uitae insertus inditusque fuit, sed non omnis libro uitae insertus inditusque uicissim est electus. Namque fidem fideles dum abiiciunt, et ciues, ciue indignam, agunt uitam, haereditate excidunt, h. e. pars illorum ex libro uitae eiicitur, atque ex sacra urbe, de quibus scripsit apocalypsi.

XXII

Ne uero poenas addentis, quae infligendae, his uerbis, denunciantur, ἐπιθήσε ὁ Θεὸς ἐπ ἀυτὸν τὰς πληγὰς, τὰς γεγεννημένας ἐν βίβλῳ τούτῳ, plane praetermittamus, nolumus quidem, quod uoluit CL. Vitrina, in loci huius uoce, ἐπιθέναι, uim onerandi et obruendi plagis quaerere, nullo sane modo exquirendam eruendamque, nec, ubi nulla est, fingen-
dam temere licenterque, aut tolerandam, recto Io. Clerici iudi-
cio, *art. crit. part. II, sect. I, c. 4, p. 233, seqq.* allatam tamen senten-
tiā per quam commode hic quadrare, nempe, si quis uerbis
apocalypticis quidquam adiecerit, eundem plagis, in apoca-

Ipsi commemoratis, Deus onerabit atque obruet, negaverit nemo, nemoque intelligens id momenti τῷ, ἐπὶ θέναι, assignauerit. Certe, ζημίαν, τιμωρίαν, τίμημα, ἐπὶ θέναι τῷ, non est statim poenis quem obruere, nec illud Synesii, ἐπέθηκε τῷ αἰδελφῷ πρὸς ιόρητα γράμματα, uertendum, obrui fratrem epistolis. inspiciantur Guil. Budaei *comment. Graecae linguae*, edit. 2dae p. 632, seqq.

XXIII

Iusto deinceps ordine sigillatim plagae istae, cum ipsis locis, ubi leguntur relatae, forent declarandae pariter, argumentisque demonstrandae, nisi contrahenda essent dissertationis uela. Quod si tamen quaedam aliorum explicationes expectantur, summorum sufficientia in praesens triumvirorum, Calouii primum, in *bibliis German. Welches erschreckliche und sonderlich ewige Hollische Plagen seyn / die dem Teufel / dem Endechrist / und allen Unglaublichen / gedräuet seyn / deinde Grotii*, intelligendae sunt plagae, tum, quae sunt capitibus VIII, IX, X, et XI, tum, quae capitibus XVI, XVII, XVIII, quarum illae Iudeos, hae Romanum imperium tangunt, denique Vitringae, quod, plagiis onerare et obruere, non est restringendum ad plagas illas septem, quas Deus bestiae decreuerat in poenam, sed ad mala quaelibet, quae Deus, in hoc libro, hominibus pessimae notae, impiis, impoenitentibus, profanis, uerbi sui contempnitoribus, passim minatur, uel, praenunciat.

XXIV

Ad locum nostrum, quem hactenus enodauimus, clariore collustrandum luce, aliarum uocum, aliarumque locutionum, apocalypticarum, nostris simillimarum, respicere conuenientiam, haud, credo, incommodum erit, quae indidem petitae mutuo se uniuersae sic explicabunt.

- I Ego testor omni, μαρτυροῦμαι ταῦται,
 i) τροφῆτεύω ταῦται, c. XI, comm. 3, dicitur, mandabo duobus
 μαρτυρσι μου, καὶ τροφητέουσσιν, ut uaticinentur, pro, καὶ
 μαρτυ-

μαρτυρήσονται, dies 1260. isti claudendi coeli potestatem habent, ne pluiat imber, tempore δύσης τῆς προφῆτειας, u. 6, et cum τὴν μαρτυρίαν ἀπέστη, pro τὴν προφῆτειαν ἀπέστη, peregerint, u. 7. duo isti προφῆται, pro μάρτυρες, cruciauerunt incolas terrae, u. 10. Quae animaduersio an locum illum, apoc. XIX, 10, ἡ μαρτυρία, seu, uti Vitringa eum supplet, spiritus τῆς μαρτυρίας Iesu Christi est spiritus τῆς προφῆτειας, quodammodo illustret, facile ad iudicandum erit.

- 2) προφῆτειων ἐπὶ παντὶ, c. X, comm. II. 3) μαρτυρῶ ἐπὶ παντὶ, c. XXII, 16. 4) γράφω omni, c. II, 1, 8, 12, 18, c. III, 1, 7, 14. 5) λέγω omni, c. II, 7, 11, 17, 29. c. III, 6, 13, 22. 6) ναὶ λέγω omni, c. XIV, 13. 7) Αμὴν λέγω omni, c. XIX, 4. 8) ναὶ, ἀμὴν, c. I, 7. 9) τάδε λέγει ὁ ἄγιος, ὁ ἀληθινὸς, c. III, 7. 10) τάδε λέγει ὁ Αμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιστός, καὶ ἀληθινὸς, c. III, 14. 11) οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ θεοῦ, c. XIX, 9. 12) οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί, καὶ πιστοί εἰσι, c. XXI, 5. 13) οὗτοι οἱ λόγοι πιστοί, καὶ ἀληθινοί, c. XXII, 6.

II audienti uerba uaticinationis libri huius. uid. § VII

III si quis apposuerit, aut detraxerit, uerbis apocalypsiōs, εἴν τις ἐπιθῆ πρὸς ταῦτα, καὶ εἴν τις αὐθιρῆ ἀπὸ τῶν λόγων Βιβλου τῆς προφῆτειας ταῦτης.

- 1) εἴν τις οὐκ ἔπη, ἔλθε, καὶ οὐκ ἔλθῃ, uidelicet in uia, ab apocalypsi indicata, λαμβάνει τὸ ὅδωρ ζωῆς, c. XXII, 17.
 2) εἴν τις οὐ τηρεῖ τὰ ἐν ταῦτῃ τῇ προφῆτᾳ γεγραμμένα,
 c. I, 3.
 3) - - - τοὺς λόγους τῆς προφῆτειας τοῦ Βιβλίου
 τούτου, c. XXII, 7.
 4) - - - τοὺς λόγους τοῦ Βιβλίου τούτου, c. XXII, 9.
 5) εἴν

- 5) ἐάν τις συγκοινωνῇ ταῖς ἀμαρτίαις Βαβυλῶνος τῆς μεγάλης,
XVIII, 4.
6) ἐπὶ τὸ Θυρίν προσκυνῇ καὶ τὴν ἐικόναν αὐτοῦ, καὶ λαμβάνῃ
χάρχυμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ, ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ,
XIV, 9.

IV illi imponet Deus plagas, in libello apocalyptic expositas, eiusque pars detrahetur de libro uitae, atque ciuitate sancta, eodem loci consignatis, c. XXII, 18 et 19.

- 1) οὗτος οὐκ ἔσται μακέριος, c. I, 3, c. XXII, 7.
2) οὗτος λήψεται ἐκ τῶν πληγῶν Βαβυλῶνος τῆς μεγάλης,
XVIII, 4.
3) αὐτὸς πάστοι ἐν τοῦ ὅνου τοῦ Θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου αἰράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὄργης αὐτοῦ, καὶ Βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θειῷ ἐνώπιον τῶν ἀγῶν αὔγγελων καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, καὶ ὁ καπνὸς τοῦ Βασανισμοῦ αὐτοῦ αναβήσεται εἰς αἰώνας αἰώνων, καὶ οὐχ ἔξει ἀνάπτωσιν ἡμέρας καὶ νυκτός, XIV, 10 et 11.

XXV

Sed in viam redeamus, eam, quam, § IV, dedimus, fidem praestituri, ostensurique, uariantium lectionum hanc esse rationem, ut uel nihil, uel certe parum, inter eas intersit. Mentein enim ibi non mutat omisus articulus praepositus, id quod notandum de numeris, 2, 3, 9, 12, 18, 19, 21, neque dissensio oritur ex particula, ἐτι, in locum τοῦ ἐάν surrogata, num. 4 et 10, neque hic ullo pacto attendendae conuersiones, Aethiopica, num. 13, et Arabica, num. 15 et 22. Quid, etiam si illarum rationem aliquam habeas, sententia tamen relinquitur eadem. Speciatim numerum 22 Arabica finxit, fictumque apposuit. Ergo duodecim uariationum res iam expedita est. Supersunt diuersi decem legendi modi, distinete perlustrandi. Num. 1) pro συμμαρτυρίᾳ γὰρ alii legunt μαρτυρῶ
ἐγώ, aut, μαρτύρομαι, nulla discrepantia. Angelus enim cum sit μαρτυρῶν, apoc. XXII, 16, Christus, hunc intuens, est

est συμμαρτυρούμενος, quamlibet etiam est μαρτυρόμενος, seu, μαρτυρῶν, comm. 20, utpote qui, cum, et sine, illo, testatur. At, inquis, magnam loquendi differentiam hic infert omissa particula, γάρ, perinde quasi ista nunquam deesse consuisset, ex rerum nexus supplenda. uideat. apocalypf. XX, 6, addaturque interpretatio LXX uirum, Gen. XVII, 14, Exod. XXIX, 14, Ps. CXV, 9, 10, II. Num. 5) si quis ἐπιθῆται τῷ πρὸς ταῦται, re quidem ipsa, a lectione, si quis ἐπιθῆται ἐπ' αὐτῷ, non discrepat, at singularis tamen, planeque insolens, mihi haud temere uidetur haec loquendi formula, ἐπιθέναι τι πρὸς τοὺς λόγους τίνος, cum frequentissima sit apud LXX seniores, et hic quoque occurrat compositio cum ἐπὶ, et casu accusandi, ἐπιθήσει ὁ Θεός ἐπ' αὐτόν. Ceterum Graecam hanc dicendi rationem haud ignoro, ἐπιθέναι τινὶ γράμματα πρὸς τινα, tradere alicui litteras, ad aliquem perferendas. adeantur Guil. Budaei, comment. Graecae ling. p. m. 632. Num. 6 et 14) uocabula, ἀΦαρῆσθαι, ἀΦελεῖ, ἀΦέλοι, in eo quidem consentiunt, ut homines a προσθέσθαι, atque ἀΦαρέσθαι, uerborum apocalypticorum arceant, imprecandi tamen modum, in ἀΦέλοι, a Ioanne fuisse usurpatum, minus est uerisimile, quia Spiritus S. testificationes, de rerum futurarum euentibus, per μαρτύρημα, eiusque coniugata, non imprecandi, sed indicandi, modo, exprimere solet, i Reg. II, 42, Nehem. XIII, 21, Zach. III, 6, 7, nec ipsis nos dicere solemus, si hoc, illudue, commiseris, uaticinor tibi, pereas. Verbo autem, ἐπιθήσαι, adiecit Hugo Grotius, εἴτε ἐπιθήσαι imprecantis, sed non iniuste, terrendi caussa. Ego uero, neque, cuius temporis, cuiusue modi, sit illud ἐπιθῆσαι, aut ἀφέλαι, neque, quid Grotius sibi his uoluerit, satis cognitum habeo exploratumque. Num. 7) ἐπ' αὐτὸν in uno duntaxat codice desideratur, qui, cum reliquis, uno rectoque consensu firmatis, comparatus, uix minimi momenti instar obtinet, nihilque prorsus in mutatione τοῦ ἐπ' αὐτὸν in ἐπ' αὐτῷ. Num. 8) Deus addenti irrogat τὰς πληγὰς,

γαῖς, perscriptas in libro hoc, secundum alios codices, τὰς ἐπὶ τὰς πληγὰς, cui tamen Vitrina aduersatur, qui, istas plagas, negat, esse restringendas ad plagas illas VII, quas Deus bestiae decreuerat in poenam, ut aliquorum habet codicum lectio, sed ad mala quaelibet, affirmat, quae Deus, in hoc libro, hominibus pessimae noctae, impiis, impoenitentibus, profanis, uerbi sui contemtoribus, passim minatur, uel, praenunciat, not. ad b. l. Num. ii) ἀΦαρῷ et ἀΦέλῃ nullo, nisi Grammatico, discrimine habentur. Num. 12) Codices complures a recepta lectione recedunt, pro βιβλου, oculis subiicientes τοῦ βιβλου, nec ullo tamen omnino ueritatis detimento, quandoquidem utroque uocabulo apocalypsis insignitur, quae, titulo βιβλου, aut τοῦ βιβλου, neque minuitur, neque augetur. Quanquam nec ipse inficias iuero, ab hoc stare et aliorum codicium non spernendam autoritatem, et crebram scribendi consuetudinem, quae, locis non paucis apocalypsiis, inualuit, hunc in modum, tu, quod cernis, scribe εἰς βιβλίου, I, ii, felix, qui uerbis pareat oraculi τοῦ βιβλίου τούτου, XXII, 7, iuus conseruus sum, et eorum, qui parent uerbis τοῦ βιβλίου τούτου, comm. 9, oraculi dicta ne obsignato τοῦ βιβλίου τούτου, comm. 10, testificor omnibus dicta audientibus oraculi τοῦ βιβλίου τούτου, comm. 18, Deus addet clades, seripras ἐν βιβλίῳ τούτῳ l. d. adimet Deus sortem eius de libro uitae --- scriptis ἐν βιβλίῳ τούτῳ, comm. 19. Num. 16) τῷ ἀΦαροῦντι annunciatur sortis suae ἀΦάρεσις ἀπὸ βιβλου τῆς ζωῆς, uel, uti habent alii codd. ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. Res eodem reddit. Etenim, quorum potestas est ἐπὶ τὸ ξύλου τῆς ζωῆς, ii ciues sunt nouae Hierosolymae, c. XXII, comm. 14, ad quam proprie pertinet τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, XXII, 2, iuncto c. II, comm. 7. Neque hanc ingreditur quisquam, nisi scriptus ἐν τῷ βιβλῳ τῆς ζωῆς, c. XXI, 27. Atque adeo tantum abest, ut, ἀΦάρεσις απὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, et ἀΦάρεσις απὸ τοῦ βιβλου τῆς ζωῆς, inter se pugnant, ut unam potius eandemque rem declarent. Num. 20) de eo iam dixi §. XX
XXVI

XXVI

Ex his, quae hactenus tradita sunt, manifestum fit, nouam illam Hierosolymam, cuius oraculum nostrum meminit, quaeque, apocalypsi c. XXI et XXII, conspicitur, de septima ecclesiae N.T. periodo χιλιασμῷ, in his terris, ut uisum fuit Vitrin-gae, ἀναπτ. p. 881, seqq. nequaquam esse explicandam. Quod si enim fieri potuit, ut, sub ipsam libelli apocalypticī confectionem, essent isti ἐπιθέντες καὶ αφαιροῦντες, si, illius concessu, eiusmodi homines reuera olim extiterunt, si denique ipsorum pars tollenda erat de uitae libro, et de ciuitate sacra, quae apocalypsi continentur, efficitur inde necessario, poenas illas neque ad secundam, neque tertiam, neque quartam, neque quintam, neque sextam, neque septimam, N.T. periodum tantum pertinere. Namque, ubi e.g. ἀφύρεσιν, id est, detractionem de noua Hierosolyma, in septimam coegeris, sane timenda illa non est primae periodi hominibus, quibus tamen minatur Christus. Quocirca Camp. Vitrunga grauiter errauit, quod, descriptionis suae, in certas periodos, tenacissimus, urbem illam sacram, et, quae in ea insunt, c. XXI et XXII, usque ad comma 5, torquet in septimam, quam coetui sanctiori N.T. in his terris, affingit, periodum. Arbore uitali, singulari nouae Hierosolymae dote, c. XXII, 2, uescendi facultas ipsis etiam Ephesiis, iisque non uiuis, sed mortuis, seu, fidei morte uincientibus, conceditur, Apoc. II, 7, pariter, atque ipsis Thyatirensibus, si quidem uicerint, et, usque ad extrema, opera Christi retinuerint, datur ἡ ἔξουσία ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, et stella matutina, seu, Φωσφόρος, II, 26, 28, idque βασιλεύειν, atque Φῶς, seu, περιπάτειν ἐν τῷ Φῷ, ab illa Hierosolyma non abest, XXII, 5, XXI, 23, 24. Philadelphenium τῶν νικῶντων, h.e. bene beateque mortuorum, praemium est, futuros esse columnas ἐν τῷ ναῷ, in illo templo Dei, c. III, 12, urbis sacrae, XXI, 22, et gesturos nomen nouae illius Hierosolymae, de coelo descendenteris, XXI, 2, III, 12, h.e. futuros esse ciues illius Hierosolymae, atque ingressuros nouam Hierosolymam, nec uero

E

ingressu-

ingressuros, nisi ad ipsos pertineret, et singula, modo dicta, in primae periodi, siue, aetatis ἀπολυτῆς, homines conuenient. Vitrinæ haec sententia docta est, satisque speciosa, utpote, ex scriptis antiqui Foederis et apocalypsi, conquisitis coloribus, infucata, sed fallitur multum, et labascit. Alio exemplo, quod affirmavi, confirmabo. Ioanni ostensus fuerat fluuius aquae uitalis, XXII, 1, in septimam suam periodum a V. C. deriuatus, quae limpida, ut crystallus, ex Dei et agni folio manat, idemque, comm. 17, τὸ ὕδωρ ζῶντος, ad quod bendum Christus adhortatur, nihilo minus in primam deductum. Sic, prout animo illius collibitum est, mox ad septimam, mox ad primam, mox ad omnes periodos, sine ratione, uagatur.

XXVII

Pari modo plagas ultimas, de quibus agit c. XV et XVI apoc. male exposuit, et, hinc, illinc, dispersit perperam dissipauitque. Quibus plagiis illos, addentes uerbis apocalypticis, auferentesque, Deus iustissimus onerat, easdem non esse septem duntaxat illas, quas Deus bestiae decreuerat in poemam, largitur nobis, perlubenter id accipientibus, excellens alioqui philologus, Camp. Vitrinæ, cuius generis sunt ulcera maligna, c. XVI, 2, aqua marina sanguinea, comm. 3, aqua fluviorum, fontiumque, sanguinea, 4, aestus ardentissimus, 8, tenebrae, 10, Euphratis siccitas, et ortus trium spirituum imundorum, ranarum similium, 12, seqq. denique grando ingens, 21. Iam fac, fuisse quendam, seculo I, post exaratam hanc Ioannis apocalyptin, qui uerbis ipsius quidpiam arrogaret, aut, derogaret, nonne, uel septem illis ultimis, quod concessit Vitrinæ, obruendus erat. Cum autem, huius ex mente, inflicta sit clades prima et secunda ab initio sec. XII, XIII, et XIV tertia et quarta sec. XV, et XV inclinante, quinta et sexta sec. XVI et XVII, septima seculo aut nostro, aut futuris, ergo illum aut tangere non potuerunt clades istae, aliquot interiectis deum seculis, magna ui, uel illatae, uel inferendae, aut, ut ipsum tangerent, uitam suam, inde a seculo I, per omnia et singula, usque

usque ad XVIII produci, oportuit, et per futura tempora, quorum terminum nondum uidemus, producat, necesse erit. Quae interpretatio si falsa non solum, uerum etiam absurdar, sit, quod a posteriori, ut philosophus ait, cognoscitur, id non tam ingenii, aut eruditionis, inopiae, quod saepe alioquin accidit, quam sententiae, certis periodis conclusae, quibus Vitrin-
ga nimium fauet, est adscribendum. Praeterea ineptam istam plagarum disunctionem uel quarta coarguit, ubi, *magnō ardore, usi homines Dei nomini contumeliam dixerunt, qui haberet in eas clades potestatem*, XVI, 9, sed, cur non hoc modo, si, quarta plaga afflicti, a reliquis plagis, fuerint immunes, dicatur numero singulari, in *eam cladem*, subit mirari. Si leue uideatur id ar-
gumentum, aliud habe, mihiique dic, fodes, cur, qui quinta plaga afflicti fuerant, Deo, etiam ob plagam primam, *εν τῷ έλκον αὐτῷ*, potuerint conuiciari, XVI, 11, cum, Vitrinæ opinione, plaga prima ad sec. XII, et quinta ad secul. XVI refe-
renda sit. Sententiae meae aduersatur D. Ioach. Langius, in uer-
bis non inobscuris, *würde man die Plagen gleich nicht also dem Buchstaben nach empfinden / so würde doch die Kraft selbst davon unausbleiblich seyn/ comment. apocalypf. p. 196*, ac more institutoque suo, plagas, c. XVI, proprie uult explicatas, cuius rei demon-
strationem inuenire nullus potui. Et, si uel maxime, illud uerum esse, statuamus, quare, apoc. XXII, 18, illas non pari notione interpretatur. Profecto unas unius libri plagas, ubi locus locum tangit afficitque, diuerso modo, sine necessitate, ac sine ratione, exponere, non bonae indicium est causæ. Ad extremum, quamvis supra, pro eo, ac conuenit, oracu-
lum nostrum excusserimus, uimque *non addendi, et non auferendi, quidquam uerbis apocalypticis in eo sitam*, ut ob-
seruentur haec diligenter, eruerimus, haud tamen negan-
dum, cognitionem ipsorum rectam et obseruationem, a Chri-
sto iniunctam cunctis, necessaria aliqua consecutione, re-
quirere, utilia a falsiorum corruptelis salua inte-
graque praestentur.

ΤΩΙ ΠΡΩΤΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΕΧΑΤΩΙ ΔΟΞΑ